

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XX Quod q[ua]lis hinc quisq[ue] egredit[ur], talis in iudicio pr[a]esentatur,  
excepto q[uo]d de leuibusculpis ignis purgatorius ante iudiciu[m] esse  
creditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER TERTIVS.

est, qui cū deo iudicat, & aliis q̄ iudicatur. Vtricq; tñ cum Christo regnabunt. Similiter ordo reprobiorum partitur in duob⁹, dum hi qui intra ecclesiā sunt maiori iudicandi sunt & dñandi. Quivero extra ecclesiā inueniendi sunt, non sunt iudicādi, sed tñm damnādi. Prim⁹ igit̄ ordo eorū, qui iudicātur & periunt, opponit illi ordini bonorū de quo sunt qui iudicātur & regnant. Secundus ordo eorū qui non iudicantur & pereunt, opponit illi ordini pfectorū, in quo sunt hi q̄ non iudicātur & regnāt. Tertius ordo eorū qui iudicātur & regnāt, illi ordini est contrarius, de quo sunt qui iudicātur & pereunt. Quartus ordo eorū est qui non iudicātur & regnāt, opponit illi econtrario quo illi sunt, qui non iudicantur & pereunt.

De pctō quod aut hic expiatur, aut in futuro reseruatū iudicio. Cap. XIX.

**N**Eque m̄ frustra ille pprie dicit, dies iudicij qñ vēturus est iudex viuorū & mortuorū. Sicut econtrario iudicantur hic aliqua, & tñ si remittuntur, profecto in futuro seculo non nocebūt. Propterea de quibusdā temporalibus pœnis q̄ in hac vita peccantibus irrogātur, nec seruantur in fine, ait Apostolus: Si em̄ nos metipos iudicaremus, à dñō non iudicaremur. Cum iudicamur aut, à dñō corripimur, ne cum mundo damnemur.

Quod qualis hic quisq; egreditur, talis in iudicio præsentatur, excepto quod de levibus culpis ignis purgatoriis aī iudicū esse creditur. Caput XX.

i iiiij

## HAY. DE VARIET. LIB.

**Greg.** **I**Neuangelio dicit dñs. Ambulate dum lucē habe-  
**1oh. 12.** tis. Per Prophetā quoq; ait: Tempore accepto ex  
**Ez. 49.** audiui te, & in die salutis adiuui te. Quod Paulus  
**Cor. 6.** apo. exponens dicit. Ecce nūc tempus acceptū, ecce  
**Eccel. 9.** nūc dies salutis. Salomon quoq; ait: Quodcūq; po-  
test manus tua facere instanter operare. Quia nec  
opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciētia, erit apud in-  
**Psal. 135.** feros, quo tu properas. David quoq; ait: Qm̄ in secu-  
lum misericordia eius. Ex quibus nimis sentētijs cō-  
stat, quia qualis hinc quisq; egreditur, talis in iudicio  
præsentatur. Sed tñ de quibusdā leuibus culpis esse  
añ iudicium ignis purgatori⁹ credēdus est, sicut iam  
supra scriptū est. Nemo igit̄ dum in hac p̄fenti viuit  
vita negligat opari bona q̄ p̄t, quia post hanc vitā  
si voluerit, iam non poterit. Quia ergo & venturæ  
**Ca. 9. li. 3.** mortis tēpus ignoramus, & post mortē operari nō  
possimus, supereft ut ante mortem tempora indul-  
tarapiam⁹. Sic em̄ mors ipsa cum v̄nerit vincetur,  
si priusquam veniat semper timeatur.

**Quam** districte æternus iudex vēturus  
sit in die iudicij, & quod nimis tremenda sit  
dies illa. Caput XXI.

**D**istrictionem venturi iudicis Paulus confide-  
**Greg.** drās, ait: Horrendum est incidere in manū dei  
**Heb. 10.** viuentis. Hinc Psalmista exprimit dicens: De-  
**Psal. 49.** us manifeste veniet, Deus noster & non silebit. In cō-  
spectu eius ignis ardebit, & in circuitu eius tēpestas  
valida. Districtionem quippe tantæ iustitiæ, tempe-  
stas ignisq; comitantur. Quia tēpestas examinat, q̄s